

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae
& politicae**

Goclenius, Rudolph

Marpurgi Cattorum, 1601

Disputatio XIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](#)

10. Ex solis voluptates sunt homini propriæ, quas approbat homo virtute præditus.
 11. Purissimæ sunt voluptates mentis seu *diabolonimia*: proximæ his. I. quæ visu percipiuntur. II. quæ auditu. III. quæ olfactu: Quæ gustu & tactu, impurissimæ.

DISPUTATIO XIX.
DE BEATITUDINE.

REQUIUM est ut disputatione de summo bonorum humanorum Beatitudine, & externis bonis, quæ velut instrumenta & adjumenta sunt beatè vivendi, has scholas concludamus: Illam beatitudinem internam: Hæc externam felicitatem appellare licet.

2. Beatitudo non est *lux*, sed *experientia* per se expetenda, non propter aliud, nec est sita in ludo & voluptate, sed in actione seria & usu virtutis. Est itaq; in hominis potestate sita.
3. Beatitudo est vel perfectissima, quæ in vita theoria locum habet: vel minus perfecta: nempe *theoria*: quæ est vitæ politicæ.
4. Theorica consistit in usu maximæ virtutis, quæ dicitur sapientia, id est, cognitio & contemplatio optimarum & divinissimarum rerum.
5. Ac illam esse summam præstantissimam & perfectissimam probatur. I. Quia mens, cuius *intelligens* est *divinitatem*, in homine est præstantissima, & non nihil habet divinitatis. II.

Et ea,

ATIONIS
tes sunt homini
mo virtute pœn
solupates mea
s. L. que via per
III. que quæd
fima.

XIX.

THEORETICÆ

dispositione dñi

manorum Deum

que velut in

te vivat, hoc

patitudinem utra

eten appellatur

et aliud, nec alia

in aliis festa &

sum pœnitentia in

perficitur,

vel inten-

et effice pœnit

in suum iniquum

et cognitio de

vinclimur

nam pœnitenti

atur. I. Quo

in homine

aberrantia

Et ea, circa quæ mens versatur, præstantiora sunt cæteris. III. Et mentis actio est diuturnior magisq; assidua. Agendo enim defatigamur citius quam contemplando. IV. Et *διεγένηται* perfectiorem, puriorem, solidiorem, constantiorem continet voluntatem. V. Et *διεγένηται* actio per se expeditur maximè auctus se ipsa contenta est. Et externis subsidiis minus eget. VI. Et theoreticæ virtutes maximè videntur in otio versari, cum practicæ admodum sint irquietæ, & negotiose. VII. Et theoretica vita divina potius est, quam humana. VIII. Et menti convenienter vivere sua cujusq; est propria vita.

6. Hinc Practicam beatitudinem dignitate & perfectione inferiorem esse probatur. I. quia actiones practicæ sunt humanæ, theoreticæ divinæ. Et vita practica minus emulatur vitam Dei, theorica maximè. II. quia vita practica pluribus indiget, theorica paucioribus. III. quia bruta beatitudinis expertia sunt, quod sint orbata contemplatione.

7. Cæterum utra hominis propria sit non ab re queritur. Resp. practica beatitudo hominis propria est quatenus simpliciter homo est, seu quatenus homo est animal *πολιτεύεται κοινωνικοῦ*: id est, quatenus conversaciones & cœtus amat. Theorica vero hominis est quatenus est homine præstantior, tanquam heros

heros quidam ac Deus terrenus naturæ vivere
raculum.

8. Externa seu adventitia felicitas, quam
 $\chi\sigma\pi\eta\zeta\alpha\tau$ & $\epsilon\tau\tau\pi\zeta\alpha\tau$ appellare licet, in homi-
nis potestate absolute sita non est: ac consistit
partim in corporearum rerum affluentia, par-
tim in Dei gratia.

9. Quod ad res corporeas attinet, beato
opus est mediocribus externis bonis. De gra-
tia divina: *Quem Deus diligit, meritò debet
censeri beatissimum.* At $\sigma\varphi\delta\zeta$ est $\vartheta\omega\pi\lambda\zeta\sigma\tau\theta\cdot$,
id est, sapientem Deus maximè diligit, quia
sapiens menti quæ similis Deo est, conveni-
enter vivit. Ergo.

10. Atq; sic de philosophia Ethica Aristote-
telis satis iuperque disputatum est. Quæ qui-
dem non solum cognoscenda, sed in tota vi-
ta moribus præstanda est, virtutibus, natura,
doctrina, & affuetatione acquisitis, ne au-
diamus illud Philosophi: $\alpha\lambda\alpha\mu\epsilon\pi\lambda\gamma\pi\alpha\pi$,
 $\alpha\lambda\alpha\delta\epsilon\pi\alpha\pi\alpha\pi$, id est, aliud di-
cunt, aliud faciunt.

IDEA